

PONDERABAT CAPILLOS CAPITIS SUI DUCENTIS SICILIS PONDERE PUBLICO. Capillos hosce flavos esse ac rutilos, nemo credo dubitat, quia si nigri essent coloris, non tantò pretio à puellis So-

pondus aestimabatur; centum verò sicli tum præcisæ tum residuæ pondus erant: utramque junge, et postulatam pondus invenies.

Pondus regis, vel ex Hebræo, *lapis regis*, negotium in hæc re maximum facessit. D. Le Pelletier, cujus hic synopsis exhibemus, certum statuit, sub regibus Juda pondus apud Hebræos idem semper et constans fuisse, nullumque obtinuisse regis pondus ab altero vulgari et consueto diversum, cujus vulgaris ponderis typus servabatur in templo, custodiae sacerdotum commissus: *Sacerdotes autem super omne pondus atque mensuram*. Ponderis regii et communis discrimen invecum est primum post Chaldaeorum in Judæâ imperium. Qui libros Regum recensuit, sub exitum captivitatis Babylonicæ vel paulò post florens, quo tempore Judæus populus ponderibus Babylonicis jam à septuaginta annis assuetus vel ignorabat, vel ignorare poterat aestimationem ponderis Hebraici, cujus apud illos usus cesaverat; is, inquam, ut lectorum menti sese accommodaret, substituit pondus commune alteri quod in iis libris invenit, scripsitque, comam Absalomi habuisse pondus ducentorum siclorum, simul admonens, siclos esse Babylonicos, et pondus regum Babyloniæ, quibus tunc Judæi parebant. Ante captivitatem, pergit idem Le Pelletier, sicli argentei drachmarum quatuor in usu fuerant: Babylonici verò nonnisi drachmam et semis referebant. Ut ambiguitas hæc siclorum vitetur, addit sacer scriptor, tanquam glossemata, hic siclos regii ponderis nominari. Eodem consilio Ezechiel, qui per ea tempora scribebat Babylone, monet cubitos, quibus utitur in dimensionibus templi, æquare cubitum et palmum, id est, magnum cubitum, cubitum regium Babylonicum, uti Herodotus nuncupat.

Superest modò, ut certum sicli Babylonicum pretium statuamus. Septem obolis cum dimidio siclum aestimat Xenophon; olim tamen in ejus codicibus lectum fuisse octo obolos, censet D. Le Pelletier, cum apud Hesychium, Photium, seu potiùs Sophoclem ab eodem Photio laudatum, et apud Antonium Philosophum, siclus octo obolis valuisse legatur. Conjecturam hanc suam de pretio sicli Babylonicum Esdræ testimonio comprobat, ubi Hebræi tributum tertiæ partis sicli in singulos spontè sibi imperasse narratur, in templi ædificium insuendum. Porrò tertia pars sicli Hebraici æquabat omninò siclum Babylonicum, octo obolorum ponderis, cum siclus Hebraicus pondere esset quatuor et viginti obolorum, seu quatuor drachmarum, seu viginti *Gerab*, pondere sanctuarii. Vetus hic argenteus nummus, quem hic siclum Babylonicum appellamus, ab Arabibus appellatur *Mitkala*, quod nomen occurrit etiam in paraphrasi Chaldaicâ hujus textus; eademque res est ac *Mitgal* Itolorum, quod ex Hebræo *Misohkal* derivatum est. *Mitkala* pondus est, cujus hodie pariter est usus in gemmis, vel aromatibus pretiosis apud Orientales.

lymitanis emerentur, quæ capillos amant, qui auri referunt similitudinem, et omni artificio, et magno dolore, ac curâ, et cum valetudinis nonnunquam detrimento rutilant. Erat qui-

Siclus Babylonicus tertiam sicli Hebraici partem æquabat pondere; hic autem reddebat 219 grana Anglica; quare Babylonicus siclus 75 ejusmodi grana continebat; quæ ad grana Parisiensia relata, fermè cum 89 granis nostri ponderis marchi componuntur. Quâ admissâ hypothesi, coma Absalomi, ducentorum siclorum Babylonicorum pondere, levior non erat, quàm 30 uncis, 7 grossis, 16 granis. Si autem non desunt mulieres, quæ capillorum pondus 32 unciarum nutriunt, uti fictitii capillamenti artifices affirmant, quis incredibile reputaverit, Absalomi cæsariem ad uncias ferè 31 pervenisse?

Fulcit opinionem suam D. Le Pelletier testimonio S. Epiphani, qui in libro de Ponderibus et Mensuris affirmat, comam Absalomi pondus habuisse 125 siclorum, vel duarum librarum et semis, additâ uncia et siclo. Heron Alexandrinus, qui S. Epiphanium exscripsisse videtur, idem docet de pondere comæ Absalomi, scilicet 125 siclorum vel 30 unciarum, addito siclo. Porrò S. Epiphano siclus erat septem obolorum et semis; quâ in re Xenophontem, sed incautè, ait D. Le Pelletier, secutus est.

Comæ Absalomi, quam teste Josepho singulis octo diebus tondebat, idem Josephus tribuit pondus 200 siclorum, vel quinque minarum Alexandrinarum, quæ singulæ 20 uncias, vel 160 drachmas reddebant. Sed hæc opinio, incredibili pondere virum opprimens, ægerrimè defenditur.

Qui distinguunt pondus regium à pondere sanctuarii, ac pondus sanctuarii duplò majus fuisse docent regio, censent, comam Absalomi æquasse 200 siclos regios, duplò minores pondere quàm siclos sanctuarii. Hoc tamen siclorum discrimen nunquam ex Scripturâ probatur.

Rabbini, cæterique qui ducentos hosce siclos non ad pondus referunt, sed ad pretium, censent, Absalomum vel ejus domesticos comam ejus præcisam vendidisse feminis Jerosolymitanis ad fictitia capillamenta, quasi tunc fictitia illa capillamenta in usum muliebrem obtinerent, et talem principem, qualis Absalom, decuisset indignum adeò commercium in rebus suis instituere.

Sunt qui putaverint, Absalomum sapius comam suam reformasse, præcisosque crines servasse usque ad pondus ducentorum siclorum; quorum sanè opinio Scripturæ animadversionem puerilem efficit; nihil enim novum et extraordinarium à sacro scriptore animadversum fuisset.

Refutavit Bochartus opinionem eorum qui aiunt amanuensium incuriã *dalet* in *resch* verum esse, ac proinde irrepisse 200 pro 4 siclis. Quid enim mirum fuisset, si Absalomi cæsaries quatuor siclorum pondus non superasset? Fieri potuisse credit idem auctor, ut alia litterula descripta fuerit in textu, cujus loco irreperit *resch*; sed litterulam illam indicare non audeat. Substituunt alii *caph*, quæ nota est

dem aliis nationibus in viris parùm virilis et honesta flava cæsaries, ut de Romanis dixit Propertius lib 2, Eleg. 18:

*Turpis Romano Belgicus ore color.*

Et Horatius in Arte poeticâ:

*Spectandum nigris oculis nigroque capillo.*

Et idem l. 1, Ode 27:

*Et Lycum nigris oculis nigroque*

*Crine decorum.*

Quod etiam inter Hebræos arbitror fuisse laudatum, illudque magis commendari, quod magis videretur esse virile. Quare cum Sponus commendatur ab illis ornamentis, quæ viros decent, capillus illi niger asciscitur, Cant. 5: *Comæ ejus sicut elatæ palmarum; nigra sicut corvus.*

Sed quia non omnia, quæ virilem animum et masculam virtutem indicant, ad venustatem faciunt, quæ aliquid sonat delicatum et molle; hinc fit, ut qui elegantes magis, quàm strenui ac fortes videri volunt, hujusmodi delicias non horreant, et secum tunc putent actum esse feliciter, cum capillos nacti sunt flavos, quos etiam muliebrem in modum inctorquent, et vibrant, imò et aliquo lenocinio nitentes reddunt, et ut, dixit quidam ex profanis, *Electro similes faciunt, auroque capillos.*

Sic fecerant sub hæc tempora adolescentes comptuli, quos secum in suis deliciis et majestate adducebat Salomon, si quando in agros animi gratiã cum regio instructu progrediebatur.

numeralis 20, pro *resch*, quæ valet 200. Alius pro arbitrio aliam reponet. Vetus quidam Græcus interpres nonnisi centum siclos legit. Hæc tamen omnia nullius roboris sunt argumenta; neque enim satis constat, Hebræos primitus litteras pro notis numericis adhibuisse; vix enim alioqui fieri potuisset, ut rei hujus vestigium aliquod in Scripturâ non superesset.

Aliam conjecturam proponit Bochartus, ratus, cæsariem Absalomi tanti ponderis fuisse ex aureo pulvere, quo, de more ejus ætatis, conspergebatur. Ex ejus supputatione, coma illa Absalomi aestimanda erat ponderis quatuor librarum romanarum duodecim unciarum in singulas, vel trium librarum nostratum, unciarum sexdecim. Sed Scriptura verum ac naturale pondus comæ, non aliud adscititium et exterius ornamentum narrat.

Ponderis hujus ducentorum siclorum dimidium corraserunt Septuaginta, cum legant centum siclos, quod recidit in eorum sententiam, qui explicant de siclis aureis vel regijs, dimidiò minoribus quàm siclis sanctuarii. Sed primum omnium probandum erat discrimen inter pondera publica et sanctuarii, inter siclos aureos et argenteos. Quare, dum aliquid planius et aptius demonstretur, retinendi sunt ducenti sicli Babylonicum, 31 uncias nostri ponderis ferè efficientes. (Calmet.)

tur. Aureis enim ramentis et tenuissimo pulvere aspergebant capillos, ut aurei viderentur, et solaribus radiis non dissimiles. Sic Josephus l. 8 Ant. cap. 7: « Equis optimis, inquit, Salomonis insidebant equites, flos juventutis procerâ staturâ, proluxo capillitio conspicui. » Ad hæc ramentis auri capillos quotidie spergebant, ut ad solarium radiorum contactum « fulgor è capitibus eorum reflecteretur. » Quod etiam fecisse dicuntur quidam principes contra nomen et munus quod obibant, qui cum militare profiterentur institutum, muliebrem tamen elegantiam et delicias captabant. In his fuit imperator Commodus, ut in illius Vitâ Lambridi; et Lucius Verus, ut in *Ælio Vero Spartiano*; et Gallienus, ut in ejus Vitâ tradit Tribellius Pollio. Quod in usu fuisse olim his, qui pulchri videri vellent, docuit Anacreon Ode 27, ubi ex eo, quod erat usu frequens, jubet pictori, ut Bathillum pulchrum et mollem adolescentem hoc modo suo penicillo efformet; nempe ut illi cæsariem affingat flaventem in summâ, in intimâ verò parte nigricantem.

Hujusmodi comas habuit Absalom flavas, non ab aliquo artis lenocinio, sed à naturâ; quæ sic erant splendentes et aureæ, ut magno impendio emerentur à Solymitanis puellis, ut uterentur pro suis: quod fieri sæpè solitum antiquo ævo legimus, et nostro quotidie fieri dolemus. Cum ergo singulis annis crines tonderet Absalom, aderant confestim, qui formosi capitis exuvias emerent, penderentque libenter ducentos siclos, ex monetâ probâ, et pondere legitimo ac publico, sive pondus esset Sanctuarii, cui nullum poterat inesse vitium, sive pondus regium, aut publicum, quod rerum momenta explorabat exactiùs. Aut certè hoc dicendi modo significatur cæsariem illam publicè venalem prostare et ad publicum pondus adduci solitam, velut merces communes, quæ mercatores expectant, et illum sequuntur, qui plus attulerit pretii. Non est autem verisimile, Absalomem regium puerum illum instituisse quæstum, et suos capillos prostituisse venales, sicut alii ovinum solent seu caprinum vellus: nisi fortè id spectavit, ut suam aliis pulchritudinem ambitiosius venditaret, cum resectos crines tanti fieri doceret, ut impenso pretio emerentur ab aliis. Quo modo emuntur gemmæ, et ornamenta alia, quæ quærunt et amant ad delicias et luxum elegantes puellæ. Porrò de hæc cæsarie plura dicuntur à Rabbinis et interpretibus, quàm

de comâ Berenices commentu sunt sive poetæ, sive astronomi. Hebræi, ut docet Hieronymus in Tradit. Hebr., dicunt singulis mensibus tonderi solitam Absalomis comam, Josephus octavo quoque mense. Alii tantum inesse ponderis dicunt, quantum ducenti habent sili; neque hic de pretio agi putant, sed de pondere. Sed est omnino prodigiosum et ridiculum, tantum existimare ponderis inesse hominis capillis, anniversaria tonsione, quantum non haberent duo ovium, aut caprarum vellera.

VERS. 27. — NATI SUNT AUTEM ABSALOM FILII TRES, ET FILIA UNA NOMINE THAMAR (1). Verisimile est illos filios, qui nati hoc loco dicuntur Absalomi, aut paulo post fuisse mortuos; quod putat Theodoretus q. 55, aut adeo debiles et stolidos fuisse, ut pro mortuis haberi potuerint, tanquam inutiles rebus administrandis, de quibus nihil sperari poterat homine dignum. Ideo enim Absalom sub hoc tempore filiorum loco tumultum excitavit, quia, ut ipse dixit, *filium non habebat*, infra e. 18, v. 18: *Filiam autem appellavit Thamar*. An verò nomen illud datum illi fuerit ab initio, vel certe postea, cum prodi cœpit egregia forma, ita ut non tam nomen illius fuerit, quam cognomentum à formæ venustate, incertum est. Hoc posterius mihi videtur non difficile, quia in sacris litteris fuisse puto id usitatum, sicut etiam in historiâ profanâ, ut feminæ ab egregiâ specie cognomentum assumant. Sic *Esther* cognomentum sumpsit à pulchritudine; atque ideò e. 2, appellata dicitur *Edessa*; nempè à populo, qui illius admirabatur speciem. *הדסה* *hadassah* enim idem valet quòd *myrtus*, quæ planta speciosissima, quasi diceretur *myrtea*, quod cognomentum Veneri datum est à poetis. Susanna Dan. e. 15, speciosissima fuit, et ideò *Susanna* dicta, quæ vox Hebræicè *lilium* sonat: et ideò in nostris commentariis in Daniëlem, *Susannam* non nomen, sed cognomen illius honestissimæ feminæ putabamus. Sic etiam arbitror *Thamar* aliud habuisse nomen, et propter eximiam pulchritudinem appellatam esse *palmam*; id enim Hebræicè valet *Thamar*. Quod etiam fortassè cognomentum fuit illius

(1) In codicibus nonnullis Græcis Latinisque additur hic: *Thamar nupta fuit Roboamo filio Salomonis ex quo genuit Abiam*. Verum deest hoc in Hebræo, Vulgatâ, atque editione Septuagintâ Complutensi, neque ullius est auctoritatis, quin et ægrè cum chronologiâ componitur. (Calmet.)

Thamar, quam violavit, et incesto concubitu constupravit Amnon. Certum est autem, hanc Thamar aliud habuisse nomen, ut constat ex Par. l. 1, c. 15, v. 20, nempè quod impostum est ab Absalome, illud videlicet, quod habuit Maacha filia regis Gessur Absalomis mater, quam uxorem duxit Roboam Salomonis filius, ex quâ suscepit Abiam, ex quo regia soboles propagata est: *Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores ejus, et concubinas*. Proximè autem dictum fuerat Abiam ex illâ fuisse susceptum.

VERS. 28. — MANSITQUE ABSALOM IN JERUSALEM DUOBUS ANNIS, ET FACIEM REGIS NON VIDIT. Quæ supersunt, ejusmodi sunt, ut interpretis luce non indigeant: tantum enim significatur, quomodo duobus annis fuerit Absalom in Jerusalem, neque tamen ad regium conspectum ullum habuerit accessum. Quem per Joab à patre consecutus est, non tamen prius, quam reluctantem primùm, et deinde, combustis messibus ad se ægrè admodum ascitum permovit, ut per quem in patriam fuerat ab exilio revocatus, per eundem in gratiam patris et consuetudinem veniret. (1)

(1) VERS. 29. — NOLUIT VENIRE AD EUM. Nôrat facile regis voluntatem, neque res adhuc Absalomo amicas esse intelligebat; noluit iterum rem tentare, neque sese regi suspectum reddere, veluti plus nimio juveni huic principi studeret. Joabus peritus aulicus postulata sua omnia considerat, neque ad rem tentandam nisi de eventu securus accedit. Nôrat futurum, ut Absalomum conveniens, ejus animum provocaturus esset, gerere ejus causam recusans; vel fore ut causam amplectens, minus fortassè placeret regi, cujus gratiæ sibi studendum erat. (Calmet.)

VERS. 32. — Absalom fit dire à David: Pourquoi suis-je revenu de Gessur? Il vaudrait mieux que j'y fusse encore. Je demande donc la grâce de voir le roi. Que s'il se souvient de ma faute, qu'il me fasse mourir. On ne doit guère se fier aux paroles humbles, puisqu'elles se trouvent dans la bouche des plus superbes. Absalom parle comme s'il était vraiment touché de sa faute. Il avait été trois ans en exil; il avait passé deux ans à Jérusalem depuis son retour, sans qu'il lui fût permis de voir le roi, son père. Il témoigne maintenant qu'il ne peut plus vivre dans une séparation qui lui est si dure. Rien n'est plus tendre en apparence que ses paroles ni plus sincère que son repentir. Et néanmoins, lorsque David lui donne le baiser de paix avec une effusion d'amitié qui n'était que trop véritable, il le reçoit avec un cœur plein de haine et de fureur, qui méditait déjà les soulèvements et les guerres que nous verrons éclater dans la suite de cette histoire. (Sacy.)

1. Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus et equites, et quinquaginta viros qui præcederent eum.

2. Et manè consurgens Absalom stabat juxta introitum portæ, et omnem virum qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium vocabat Absalom ad se, et dicebat: De quâ civitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex unâ tribu Israel ego sum servus tuus.

3. Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni et justî; sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatque Absalom:

4. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, et justè judicem?

5. Sed et cum accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, et apprehendens osculabatur eum.

6. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad judicium ut audiretur à rege, et sollicitabat corda virorum Israel.

7. Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David: Vadam, et reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron;

8. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.

9. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, et abiit in Hebron.

10. Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israel dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom in Hebron.

11. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde et causam penitus ignorantes.

12. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem, consiliarium David, de civitate suâ Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom.

13. Venit igitur nuntius ad David dicens: Toto corde universus Israel sequitur Absalom.

1. Après cela Absalom, devenu l'aîné des enfants de David par la mort d'Amnon, prit des chars et des cavaliers, et cinquante hommes qui le précédaient.

2. Et, se levant dès le matin, il se tenait à l'entrée du palais, et appelait tous ceux qui avaient des affaires et qui venaient demander justice au roi. Et il disait à chacun d'eux: D'où êtes-vous? Cet homme lui répondait: Votre serviteur est de telle et telle tribu d'Israël.

3. Et Absalom lui disait: Votre affaire me paraît bien juste; mais il n'y a personne qui ait ordre du roi de vous écouter;

4. Et il ajoutait: Oh! qui n'établira juge sur la terre, afin que tous ceux qui ont des affaires viennent à moi, et que je les juge selon la justice?

5. Et lorsque quelqu'un s'approchait pour le saluer, il lui tendait la main, le prenait et le baisait.

6. Et il faisait ainsi envers tous ceux d'Israël qui venaient demander justice au roi, et il s'insinuait par là dans l'affection des peuples.

7. Au bout de quarante ans, Absalom dit au roi David: Permettez-moi d'aller à Hébron pour y accomplir les vœux que j'ai faits au Seigneur;

8. Car lorsque j'étais à Gessur en Syrie, j'ai fait ce vœu à Dieu: Si le Seigneur me ramène à Jérusalem, je lui offrirai un sacrifice.

9. Le roi David lui dit: Allez en paix. Et au sortir de là il s'en alla à Hébron.

10. En même temps, Absalom envoya dans toutes les tribus d'Israël des agents avec cet ordre: Aussitôt que vous entendrez sonner la trompette, publiez qu'Absalom règne dans Hébron.

11. Absalom emmena avec lui deux cents hommes de Jérusalem, qui le suivirent simplement, sans savoir en aucune sorte son dessein.

12. Absalom fit venir aussi de la ville de Gilo, Achitophel, Gilonite, conseiller de David. Et comme on immolait à Hébron des victimes, qui y attiraient un grand nombre de personnes, la conspiration devint puissante, le peuple, qui prenait le parti d'Absalom, croissant de plus en plus.

13. Il vint aussitôt un courrier à David qui lui dit: Tout Israël suit Absalom de tout son cœur.